



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

VI. Qui Clerici vel vouentes matrimonium contrahere possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

...us valeat, quam non valeat. Id
...od & in ultimis voluntatibus observa-
...ur, quas plenius interpretari solemus.

Neque praesumitur quis in ultima sua vo-
luntate aliquid joco dixisse. Ut neque
qui contrahit matrimonium cum aliqua,
praesumi debet jocari, sed serio agere,
licet vel turpem vel impossibilem condi-
tionem adjecerit. Aliud dicendum de
ceteris contractibus, quibus adjecta con-
ditio impossibilis vitiat ipsum contra-
ctum.

*L. Obtinu-
it D. De
condit. &
demonst.*

4. Quid si conditio fuerit honesta &
licita?

*l. Non solo
31. De ob-
lig. & act.*

Matrimonio contracto sub tali condi-
tione, veluti: *contraho tecum, si centum
des in dotem, vel si consentiat pater*, suspen-
ditur ejus obligatio in eventum conditio-
nis. Deficiente vero conditione, tum ne-
que sunt sponsalia, neque matrimonium;
antequam deficeret, quis consuetu-
dinem habuerit cum ea, quam sub con-
ditione ejusmodi sibi desponsavit, quia
intelligitur a conditione recessisse, con-
sensisse in matrimonium.

*c. 3. & 5.
b. t.
c. pen. & c.
ult. eod.*

Qui Clerici vel voventes matrimoni-
um contrahere pos-
sunt.

TIT.

TIT. VI.

1. *Qui prohibentur contrahere?*

Qui vel sacris ac majoribus Ordinibus sunt initiati, ut Presbyteri seu Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi (non etiam c. 1. 2. & minoribus constituti) vel solemniter professionem monasticam professi, & matrimonium a talibus contractum est ipso iure nullum.

c. 1. 2. ult. h. t.

(Jus divinum Sacerdotibus, aliisque Ordinibus æque ac aliis conjugium promittit liberum, ut 1. *Timoth.* 3. 2. *Tit.* 1. 6. 1. *Cor.* 9. 5. *Ebr.* 13. 4. 1. *Cor.* 7. 27. 9. 25. 28. 35. *Matth.* 19. 11. Non igitur recte iis interdicitur. Add. 1. *Tim.* 4. 3. *Constit. Can. Apostol.* 6. 40. c. 12. 13. 14. *dist.* 31. c. 14. 28. Vid. latius August. *Confess. artic.* 1. 3. *de* commentat. Myl. Grauer. Joh. Gerh. p. m. *loc. d. Minist. Eccles. cap. 7. sect. posterior.* 330. & *seqq.* Georg. Calixti p. m. *de conjug. vic.*

2. *Quid si qui non voverint solemniter?*

Graviter quidem tales peccant, si sponsalia, sive etiam matrimonium contrahant: quia faciunt contra votum simplex, quod coram Deo æque obligatum atque solemne; sed matrimonium, quod quis post votum simplex contraxerit, non dirimit. Et hoc est, quod dicitur *pen. eod.* votum solemne non tamen impeditur.

c. 4. 5. pen. eod.

matrimonium contrahendum, sed & di-
mittere contractum: votum vero sim-
plex impedire quidem, quo minus con-
trahatur, non dirimere tamen quod con-
tractum est.

(Votum cœlibatus sive solenne sive simplex
(uti vocant) fuerit, neque impedit contrahen-
dum, neque dirimit contractum matrimonium,
quia votum ejus rei, quæ in nostra potestate non
est, nequit intervertere jus superioris, Dei sc.
quod requirit, ut, qui donum continentia non
habent, sed utuntur, nubant August. Confess. d.
art. 22. verb. Wie aber kein menschliches Gesetz
Gottes Gebot kan wegthun oder endern / also kan
kein Gebote Gottes Gebot endern &c. add.
13. q. 1. 30. verb. nullus religionis obtentu &c.
Gerhard. loc. de conjugio. c. 8. aph. 442.
Calixt. d. pract. Marc. Ant. de Domin. l. 2. d.
cap. Eccl. c. 12. num. 31. & seqq. Benedict. Are-
nas problem. ult. part. loc. 166. ubi inter alia
aph. III. n. 4. respondet cuidam objectioni his
verbis: *ut votum servandum erat. Responde-
mus pro qualitate voti. Primum enim votum non
debet temere concipi, in quo illi peccant: una
regula omnes clericos metitur. Deinde si conce-
ptum sit, & deprehendatur vel impium vel im-
possibile, rescindi debet &c.*

Deco, qui duxit in uxorem, quam pol-
luit per adulterium.

TIT. VII.

I. Si